

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Actvs Qvarti

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX,  
SYRVS.

So. *Isi me animus fallit, hic profecto est annulus,  
n quem ego suspicor,  
Is, qui cum exposita est gnata. Ch. quid uolt  
sibi syre hæc oratio?*

So. *Quid est? is ne tibi uidetur? Nu. dixi equidem, ubi ostens-  
disti, illico,  
Eum esse. So. at ut sati' contemplata modo sis mea nu-  
trix. Nu. satis.*

So. *Abi nunc iã intro: atque, illa si iam lauerit, mihi nũcia.  
Hic ego uirum. interea opperibor. Sy. te uolt: uideas,  
quid uelit.  
Nescio quid tristis est: non temere est: metuo, quid sit.  
Ch. quid fiet?*

*Næ ista hercle magno iã conatu magnas nugas dixerit.  
So. Ehem mi uir. C. ehem mea uxor. So. te ipsum quaero.  
C. loquere, quid uelis.*

So. *Primum te hoc oro, ne quid credas me aduersum edi-  
ctum tuum  
Facere ausam. Ch. uis tibi me istuc, etsi incredibile est,  
credere?*

*Credo. S. nescio, quid peccati portet hæc purgatio.  
So. Meministin' me esse grauidam, & mihi te magnope-  
re interminatam,*

*si puellam parerem, nolle tolli? C. scio quid feceris:  
sustulisti. Sy. si sic factum est domina, er-  
go heris'*

go heru' damno actus est.

So. Minime: sed erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi

Exponēdā. CH. o Iupiter, tantā esse in animo inscitiam.

So. Perij, quid ego feci? CH. at rogitas? So. si peccavi mihi Chreme,

Insciens feci. CH. id quidem ego, etsi tu neges, certe scio,

Te inscientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia:

Tot peccata in hac re ostendis. nā iam primum, si meum Imperium exequi uoluisses, interemptam oportuit, Non simulare mortem uerbis, re ipsa spem uitæ dare. At id omitto: misericordia, animus maternus: sino. Quā bene uero abs te prospectum est: quid uoluisti? cogita:

Nempe anni illi prodita abs te filia est planissime, Per te uel uti quæstum faceret, uel uti ueniret palam. Credo id cogitasti: quiduis satiu' est, dum uiuat modo. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquom sciunt,

Melius, peius, profit, obsit, nil uidēt, nisi quod lubet?

So. Mi Chreme, peccavi, fateor: uincor: nūc hoc te obsecro,

Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior, Ut meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.

Ch. Scilicet equidem istuc factum ignoscā: uerum sostrata Male docet te mea facilitas multa. sed istuc quicquid est,

Qua hoc occeptum est caussa, loquere. So. ut stulte, Omisere omnes sumus

Religiosæ

Religiose; cum exponendā do illi, de digito annulum  
Detraho; & eum dico ut una cum puella exponeret;  
si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

ch. istuc recte: conseruasti te, atque illam. SO. hic is est  
annulus.

ch. Vnde habes? SO. quam Bacchis secum adduxit ado-  
lescentulam. SY. hem.

ch. Quid ea narrat? SO. ea lauatum dum it, seruandum  
mihi dedit

Annulū. non aduorti primo: at postquam aspexi, illico  
cognoui: ad te exiliū. C. quid nunc suspicare, aut in-  
uenis

De illa? SO. nescio, nisi ut ex ipsa quæras, unde hunc  
habuerit,

si potis est reperiri. SY. interij: plus spei uideo, quàm  
uolo:

Nostra est, ita si est. C. uinit ne illa, cui tu dederas?  
SO. nescio.

ch. Quid renunciauit olim fecisse? SO. id, quod iusseram.

ch. Nomen mulieris cedo quod sit, ut quærat. SO.  
philtere.

SY. Ipsa est. mirū, ni illa salua est, & ego perij. C. Sostrata  
sequere me intro hac. SO. ut præter spem euenit. quàm  
timui male,

Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda,  
Chreme.

ch. Non licet hominē esse sæpe ita ut uolt, si res non finit.

Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam: olim nil  
minus.

nisi

sy. Nisi fallit me animus, haud multum à me aberit infortu-  
 tunium:

Ita hercle in angustum oppido nunc meæ coguntur  
 copiae:

Nisi aliquid uideo, ne esse amicam hanc gnati resciscat  
 senex.

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me  
 fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto absce-  
 dere.

Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subito à  
 faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro  
 ineunda est mihi.

Nil tam difficile est, quin quærendo inuestigari possiet.

Quid, si hoc sic incipiam nunc? nihil est, si sic? tantum  
 dem egero.

At sic opinor: non potest: immo optume. euge opti-  
 mam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me illud idem fugitiuum  
 argentum tamen.

ACTVS QVARTI SCENA II.

CLINIA, SYRVS.

τ. Vlla mihi res posthac potest iam interuenire  
 n tanta,  
 Quæ mihi egritudinem afferat: tanta hæc  
 letitia oborta est.

Dede

Dedo patri me nunc iam, ut frugalior sim quam uole.  
 sy. Nil me fefellit: cognita est, quantum audio huius  
 uerba.

Istuc tibi ex sententia tua obtigisse letor.

C. O mi syre, audistin' obsecro? s. quid ni? qui usque una  
 affuerim.

C. Cui æque audisti commodi quicquam euenisse? s.  
 nulli.

C. Atque, ita me dij ament, ut ego nunc non tam meapte  
 caussa

Letor, quam illius: quam ego scio esse honore quouis  
 dignam.

sy. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi uicissim:

Nam amici quoque res est uidenda, in tuto ut collocetur,  
 Ne quid de amica nunc senex. Clin. o Iupiter. s.  
 quiesce.

Clin. Antiphila mea nubet mihi. s. siccine me interlo-  
 quere?

Clin. Quid faciam syre mi? gaudeo: fer me. s. fero her-  
 cle uero.

Clin. Deorum uitam adepti sumus. s. frustra operam hanc  
 opinor sumo.

Clin. Loquere, audio. s. at iam hoc non ages. Cli. agam.  
 s. uidendum est, inquam,

Amici quoque res Clinia tui in tuto ut collocetur:

Nam si nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,

Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis:

si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.

Clin. At enim istoc nihil est magis syre meis nuptijs ad-  
 uorsum:

Nam

Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam?  
S Y. quid mi?

Clin. Quid dicam? quam causam afferam? S Y. quin nolo  
mentiare:

Aperte, ita ut res sese habet, narrato. Clin. quid ais?  
S Y. iubeo

illam te amare, & uelle uxorem; hanc esse Clitiphonis.

Clin. Bonam atque iustam rem oppido imperas, & factum  
facilem.

Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet  
Senem nostrum. S Y. immo ut recta uia rem narret ordi-  
dine omnem. Cli. hem,

Satin' sanus es, & sobrius? tu quidem illum plane  
præodis:

Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi?

S Y. Huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice  
effero,

Qui uim tantam in me, & potestatem habeam tan-  
tæ astutiæ,

vera dicendo ut eos ambos fallam; ut, cum narret senex  
voster nostro, istam esse amicam gnati, non credat  
tamen.

Cli. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem  
eripis:

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non com-  
mittet filiam.

Tu fortasse, quid me fiat, parui curas, dum illi cōsulas.

S Y. Quid, malum, me ætatē censes uelle id assimilari?  
Unus est dies: dū argētum eripio, pax, nihil amplius.

Clin. Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater  
resciuerit?

resciuerit?

sy. Quid, si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc caelum ruat?

cl. Metuo, quid agā. S. metuis? quasi nō ea potestas sit tua, Quo uelis in tempore ut te exoluas, rem facias palam.

clin. Age, age, traducatur Bacchis. S. optume. ipsa exit foras.

## ACTVS QVARTI SCENA III.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS,

DROMO, PHRYGIA.

Ba. Ati' pol proterue me syri promissa huc induxerunt,

Decē minas quas mihi dare pollicitus est.

quod si is nunc me

Deceperit; sæpe obsecrans me, ut ueniam, frustra ueniet:

Aut, cum uenturam dixerō, & constituero; cū is certe Renunciarit; Clitipho cum spe pendeat animi;

Decipiā, ac non ueniā; syrus mihi tergo poenas pendet.

clin. Sati' scite promittit tibi. S. atqui tu hāc iocari credis?

Faciet, nisi caueo. B. dormiunt: pol ego istos commouebo.

Mea Phrygia audisti, homo iste modo quam uillam demonstrauit

Charini? P. audiui. B. proxumam esse huic fundo ad dextram? P. memini.

B. Curriculo percurre: apud eum miles Dionysia agit.

sy. Quid inceptat? B. dic me hic oppido esse inuitam, atque

atque afferuari:

Verum aliquo pacto uerba me his daturam esse, & uen-  
turam.

Sy. Perij hercle: Bacchis mane, mane: quò mittis istanc  
quæso?

Iube, maneat. B. abi. S. quin paratum est argentum.  
B. quin maneo.

S. Atqui iam dabitur. B. ut lubet, num ego inſto? S. at  
ſcin' quid ſodes?

B. Quid? s. tranſeundum nunc tibi eſt ad Menedemum,  
& tua pompa

Eo' traducenda eſt. B. quam rem agi ſcelus? S. ego nē  
argentum cudo,

Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam illudas?  
S. non eſt temere.

B. Etiam ne tecum hic res mihi eſt? S. minime: tuū tibi reddo.

B. Eat. S. ſequere hac. heus Dromo. D. quis me uolū?  
S. Syrus. D. quid eſt rei?

Sy. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad uos propere.

B. Quam ob rem? S. ne quæras. & ferant, quæ ſecum  
huc attulerunt.

Sperabit ſumptum ſibi ſenex eſſe harum abitu leuatum.

Næ illæ haud ſcit, hoc paulum lucri quantum ei dam-  
ni apportet.

Tu neſcis id quod ſcis Dromo, ſi ſapies. D. mutū dices.

ACTVS QVARTI SCENA IIII.

CHREMES, SYRVS.

C. Ta me dij amabunt, ut nunc, Menedemi  
nicem,

Miseret

Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.  
 Illancine mulierem alere cum illa familia?  
 Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet:  
 Ita magno desiderio fuit ei filius.  
 Verum ubi uidebit tantos sibi sumptus domi  
 Quotidianos fieri, nec fieri modum:  
 Optabit rursus, ut abeat ab se filius.  
 syrū optume, eccum. s. cesso hunc adoriri? C. syre. s.  
 hem.

- C. Quid est? s. te mihi ipsum iam dudum optabam dari.  
 C. Videre egisse iam nescio quid cum sene.  
 s. de illo, quod dictum dudum? ac factum reddidi.  
 C. Bonan' fide? s. bona hercle. C. non possum pati,  
 Quin tibi caput demulceam. accede huc syre:  
 Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.  
 s. At si scias, quàm scite in mentem uenerit.  
 C. Vah, gloriare euenisse ex sententia?  
 s. Non hercle uero: uerum dico. C. dic, quid est?  
 s. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem  
 Menedemo dixit Clinia, & ea gratia  
 secum adduxisse, ne tu id persentisceres.  
 C. Probe. s. dic sodes. C. nimium inquam. s. immo sic  
 satis.  
 sed porro ausculta quod superest fallaciæ.  
 sese ipse dicet tuam uidisse filiam:  
 sibi complacitam eius formam, postquam aspexerit:  
 Hanc se cupere uxorem. C. modo quæ inuenta est? s. eã:  
 Et quidem iubebit posci. C. quam ob rem istuc syre?  
 Nam prorsus nihil intellego. s. hui, tardus es.  
 C. Fortasse. s. argentum dabitur ei ad nuptias,

Aurum,

Aurum, atque uestem, qui, tenes ne? Ch. comparet?  
 Sy. Id ipsum. C. at illi ego nec do, nec despondeo.

Sy. Non? quam ob rem? C. quam ob rem, me rogas? he-  
 mini. S. ut lubet.

Non ego perpetuo dicebam illam illi ut dares,  
 Verum ut simulares. C. non mea est simulatio:  
 Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas.

Egon', cui daturus non sim, ut ei despondeam?

Sy. Credebam. C. minime. S. scite poterat fieri:

Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,  
 Eo' cœpi C. credo. S. ceterum equidem istuc Chreme  
 Aequi boniq; facio. C. atqui tum maxime  
 Volo te dare operam ut fiat, uerum alia uia.

Sy. Fiat: quæratür aliud. sed illud quod tibi  
 Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,  
 Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet  
 Eo nunc confugies: quid mea? num mihi datum est?  
 Num iussi? num illa oppignerare filiam  
 Meam me inuito potuit? uerum illud Chreme  
 Dicunt: ius summum, sæpe summa malitia est.

Ch. Haud faciam. S. immo alijs si licet, tibi non licet.

Omnes in lauta te & bene parte aucta putant.

Ch. Quin egomet iam ad eam deferam. S. immo filium  
 Iube potius. C. quam ob rem? S. quia enim in eum  
 spectio est

Translata amoris. Ch. quid tum? S. quia uidebitur

Magis uerisimile id esse, cum hic illi dabit:

Et simul conficiam facilius ego, quod uolo.

Ipsè adeo adest: abi: effer argentum. Ch. efferro.

CLITIPHO, SYRVS,

cli. Vlla est tam facilis res, quin difficilis fiet,  
 Quã inuitus facias. uel me hæc deãbulatio,  
 Quã non laboriosa, ad languorem dedit:

Nec quicquam magis nunc metuo, quã ne denuo  
 Miser aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidẽ.  
 Vt te omnes equidem dij, deæ, quantum est, syre  
 cum tuo isto inuento, cumq; incepto perduint.  
 Huiusmodi mi res semper comminiscere,  
 Vbi me excarnufices. sy. is hinc quò dignus es?  
 Quã pene tua me perdidit proteruitas.

cli. vellem hercle factum: ita meritum. sy. meritum? quo  
 modo?

Nã me istuc ex te prius audisse gaudeo,  
 Quã argentum haberes, quod daturus iam fui.

cli. Quid igitur dicam tibi uis? abijisti: mihi  
 Amicam adduxti, quam non liceat tangere.

sy. iam non sum iratus: sed scin ubi nunc sit tibi  
 Bacchis. cli. apud nos. sy. non. cli. ubi igitur?  
 sy. apud Cliniam.

cli. Perij. sy. bono animo es: iam argentum ad eã deferes,  
 Quod ei es pollicitus cli. garris. unde id? sy. à patre.

cli. Ludis fortasse me. sy. ipsi re experibere.

cli. Nã ego fortunatus homo sum. deamo te syre.

sy. sed pater egreditur. caue, quicquam admiratum sis,  
 Qua caussa id fiat; obsecundato in loco;  
 Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

K ACTVS

## ACTVS QVARTI SCENA VI.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

Ch. Bi Clitipho nunc est? Sy. eccum me, inque,

u Cl. eccum hic tibi.

Ch. Quid rei esset, dixti huic? Sy. dixi pleraque  
omnia.

Ch. Cape hoc argentum, ac defer. s. hei, quid stas lapis?  
Quin accipis? Cli. cedo sane. s. sequere hac me ocynus.  
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:  
Nam nihil est illic, quod moremur diutius.

Ch. Minas quidem iam decem habet à me filia:  
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.  
Hæc ornamentis consequentur alteræ.  
Porro hæc talenta dotis apposcent duo.  
Quàm multa iniusta, ac praua fiunt moribus?  
Mihî nunc, relictis rebus, inueniendus est  
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

## ACTVS QVARTI SCENA VII.

MENEDEMVS, CHREMES.

Me. Vltro omnium nunc me fortunatissimum  
m Factum puto esse gnate, cum te intellego  
Resipisse. Ch. ut errat. Me. te ipsum quere  
bam Chreme:

Serua, quod in te est, filium, & me, & familiam.

Ch. Cedo, quid vis faciam? Me. inuenisti hodie filiam.

Ch. Quid tum? M. e. hanc uxorem sibi dari uolt Clinia.

Ch. Quaeso, quid hominis es? M. e. quid? Ch. iam ne oblitus es,

Inter nos quid sit dictum de fallacia,

Ut ea uia abs te argentum auferretur? M. e. scio.

Ch. Ea res nunc agitur ipsa. M. e. quid dixti Chreme?

Erraui. res acta est. quanta spe decidi?

Ch. Et quidem istae, quae est apud te, Clitiphonis est

Amica. M. e. ita aiunt. Ch. Et tu credis? M. e. omnia.

Ch. Et illum aiunt uelle uxorem, ut, cum desponderim,

Des qui aurum, ac uestem, atque alia, quae opus sunt, comparet.

M. e. Id est profecto: id amicæ dabitur. Ch. scilicet

Daturum. M. ah, frustra igitur gauisus sum miser.

Quiduis tamen iam malo, quam hunc amittere.

Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme,

Ne sentiat me sensisse, atque ægre ferat?

Ch. Aegre? nimium illi Menedeme indulges. M. sine:

Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuom Chreme.

Ch. Dic conuenisse, egisse te de nuptiis.

M. e. Dicam, quid deinde? Ch. me facturum esse omnia,

Generum placere: postremo etiam, si uoles,

Desponsam quoque esse dicito. M. e. hem, istuc uolueram.

Ch. Tanto ocyus te ut poscat, et tu id, quod cupis,

Quamocysime ut des. M. cupio. Ch. nã tu propediem,

Ut istam rem uideo, istius obsaturabere.

Sed hæc ita ut sunt, cautim, et paulatim dabis,

Si sapias. M. faciã. Ch. abi intro: uide, quid postulent:

Ego domi ero, si quid me uoles. M. sane uolo:

Nam te scientem faciã, quicquid egero,

Ne quid uereare, si est minu' : nil dos nos mouet.  
 Ch. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis :  
 sed ita dictu opu' est, si me uis saluom esse, & rem, &  
 filium,  
 Me mea omnia bona doti dixisse illi. Me. quã rē agis ?  
 Ch. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,  
 Quamobrem id faciam. Me. quin ego uero, quamob-  
 rem id facias, nescio.  
 Ch. Ego ne? ut illius animũ, qui nunc luxuria, & lasciuia  
 Diffluit, retundã, redigam, ut, quò se uortat, nesciat.  
 Me. Quid agis? Ch. mitte, ac sine me in hac re gerere mi-  
 hi morem. Me. sino :  
 Ita ne uis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iam, ut uxorem  
 accersat, paret  
 se, hic ita, ut liberos est æquom, dictis confutabitur.  
 sed syrum. Me. quid eum? Ch. ego ne? si uiuo, adeo  
 exornatum dabo,  
 Adeo depexũ, ut, dũ uiuat, meminerit semper mei :  
 Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.  
 Non ( ita me dij ament ) auderet facere hæc uiduæ mi-  
 lieri,  
 Quæ in me fecit :

ACTVS QVINTI SCENA II.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHRES-  
 MES, SYRVS.

Cl. Ta ne tandem quæso est Menedeme, ut pater  
 I Tam in breui spatio omnem de me eiecero ani-  
 mum patris?

K 4 Quodnam